

Mab5, 10, no 9.

PRIVILEGIUM
COMPETENTIAE

Superiorum permisso
publicè
Sub

121

PRÆSIDIO
JOHANN-ERNESTI NORICI
J. U. D.

Præceptoris, Fautoris, & Hospitis
Optimi
disputandum
exhibet

L.

M. FRID. GEISLERUS, Reussendorff-Siles.
cb loc. LXV. D. 2, Martii

H. L. Q. C.

L I P S I Æ,
LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS,

Vizo-Juveni
Pereximio atq; Eruditissimo
DN. BARRASSERO. Phil. Baccal.
Amico dilectissimo.



α ω
NOBILI, PEREXIMIO ET POLITISSIMO
DN.
GEORGIO SCHOEBELIO,
Uratislav. Silesio,
J. U. Cuk.
S. O. D.
FRIDRICUS GEISLERUS.

UT Disputationis specimen ederem, TULLS fuit instinctus, TUA fecit Lar-
gitas. Proinde ut Flumina suum Oceanum, Ulysses suam undè venerat
Patriam, Magnes suum ubi copiosius generatur septentrionem, Lapis su-
um Centrum appetit: Ita hæc Schedula suum PROMOTOREM. Sche-
dulam voco, ob Brevitatem, quam in his talibus amo laudòq;, favore tum Tempo-
ris, tum Impensarum, ne dicam, Lectoris. Huic enim ambitiosa illa & quandoq;
ex variis Bibliothecis (more Graculæ Horatianæ) plumas petens & mendicans
prolixitas facile tedium movet. Ut hoc fugiam, contrariâ viâ ingredior,
- - brevis esse laboro.

Placeat proinde mea Intentio, cui voluerit; mearum parùm refert. contentus
sum, si alicubi DEO, hic AMICIS QUIBUSDAM, interq;, eos TIBI me probave-
ro. Pompas enim illas fugio, nec aliâ lege admitto, quàm ut easdem more Demo-
criti irrideam. Sive hoc insania est, sive character animi ad αὐταρχείαν pro-
pensi, non dico: constat tamen, non adeò abluere à more & ore Catonis Esse quàm
Videri cupientis. Sed hæc Meditationes meliùs sub ROSA expediuntur. Dicam,
quod res est, & quod dicere subindè debeo: Scilicet, Primus mihi in hæc Acade-
miâ Fortuna Beneficia prestitisti, & (nisi noster W. BUHLIUS, Vir

- - integer vitæ scelerisq;, purus
extitisset:) ferè Solus. Erga tam munem ergò ne semper Re Verbisq;, existerem
immunis, offero has chartas, spiraturas si non Eruditum, tamen Gratum animum.
Gratum Animum ergò TIBI pro tot Beneficiis solvo: Id est, (si summam summa-
rum spectas.) Tantùm, Quantum facere possum. Nam hæc est natura PRI-
VILEGII COMPETENTIÆ, ut quis non plura solvat, quàm solvere potest.
Vale. Fautor Selectissime, ingredereq;, feliciter illud Transalpinum iter,
nec desine redamare amantes TULL!



α ω.



ACTIONIBUS, tertio juris objecto, α ratione Effectus s. Executionis satisfacit vel *Solidum* vel *Minus* β. **SOLIDUM** quidem debitum Regulariter omni actione persequimur, suadente hoc ipsum 1. Obligatione. 2. Petitione. 3. Præcepto illo: *Suum cuiq; tribue.* γ **MINUS** tamen quandoq;ve ob *Æquitatis & Humanitatis* interventum δ assequimur. Qvippe

non semper feriet quodcunq; minabitur Arcus ε |
Sumi Juris. Téperamentú enim admittitur, hebescitq; interdú Actio, si non suâ Naturâ, tamen ex Accidente ζ & ex respectu vel **DEBITI**, uti fit in **Peculio** regulariter η & **Compensatione**: vel **DEBITORIS**, uti fit in **PRIVILEGIO COMPETENTIÆ** θ de quo, εαν δ κύριε & Δελήση, i differam brevissimè.

α Ludvv. Exerc. 16. 1. a. β §. 36. Inst. d. Act. γ Manzini ad §. 36. Instit. de act. limitat. n. 2. δ V. Otton. dialect. jur. l. 1. c. 1. p. 2. ε Horat. art. poet. v. 350. ζ Schneidvv. n. 3. ad §. 36. Inst. d. Act. η Biccini in Colleg. Argent. ad ff. l. 15. t. 1. §. 14. Harprecht. part. 2. disp. 21. n. 16. b. p. 1033. θ §. 37. Inst. de Act. c. 1. 16. ff. de Re judicatâ. in quibus duobus textibus, tanquam in Actu Signato, agitur de nostra Helenâ. conf. Oldendorp. de Exception. p. 112. & de Division. act. c. 17. p. 270. ι Jacobi 4. vers. 15. ap. Pontan. in annotat. ad prog. 2. lib. 1. p. 4.

I.

Privilegium COMPETENTIÆ An obtineat, non est dubitandum.

* * *

IMò dubitandi ratio adest 1. **GENERALIOR**, ob verba Legis XII. Tabularum: Privilegia non irroganto. 2. Resp. quia hæc verba sunt *Nativa* Græcis, uti constat ex Demosthene, λ *Dativa* autem Romanis: i. e. quia Decemviri tum Alias leges μ tum quoq; Hanc transtulerunt ex Atticâ in Latium, facile colligas, aliquid Democratici ν genii redolere. In Democratiâ enim Rarior; in Monarchiâ Frequentior est privilegiorum usus. ο Itaq; illis ver-

A 2

bis



bis XII. Tabb. tamdiu sua stetit auctoritas illibata, quamdiu Roma contenta Tribunis plebis, π nescivit Cæsares. 2. SPECIALIOR. Matth. Colerus q̄ enim negat Privilegio Competentiæ sedem locumq̄; in Foro Saxonico; Verùm ignoscet mihi veneranda Illius auctoritas, si aliam auctoritatem, & quidem Magni Carpzovii, σ plurishâc vice faciam.

Utut tandem parum mearum interfit, agnoscat hanc materiam Praxis,annon. Sufficit, me hætenus asseclam esse Theoriæ, sine quâ audio Praxin esse nunquam felicem. τ.

z Cicero pro dom. suâ §. 43. & Wisenb. disp. jur. Civil. 46. §. 81. λ orat. contra Aristocratem. p. 739. C. μ V. Rupert. ad Pompon. de origin. jur. c. 5. p. 76. Kecker-
mann. pref. ad disp. de Republ. Athen. circ. f. p. 1072. ν Olim. Respublica plerumq̄;
erant Democraticæ, Septal. de Rat. Stat. l. 7. c. 19. p. 445. & sic etiã aliquandiu Resp.
Athen. Cyr. Lent. Pol. part. 2. p. 442. 452. ο Strauch. diff. 3. de Statut. à Summo Princ.
§. 30. Vinn. ad §. 6. Instit. de I. N. G. C. n. 3. f. conf. Imhof. Rat. Stat. 36. p. 160. π utpo-
te sacrosanctis custodibus Libertatis Rom. V. Clapm. arcan. l. 3. c. 23. p. 162. Alexan-
dr. genial. dies l. 6. c. 24. p. 1001. & l. 1. c. 3. p. 10. editore Tiraquello. q̄ ap. Ber-
lichium concl. 80. §. 55. p. 555. fallitur Mejeri Colleg. Argent. ad ff. lib. 21. t. 1. §. 33.
illam sententiam non Colero, sed ipsi Berlichio tribuens. σ in Process. Tit. 25. art. 6.
n. 20. & p. 1. c. 32. def. 15. & alibi. jungatur D. Philippi Eclog. 60. ad §. 36. de Act.
n. 8. p. 941. τ V. Everhard. Loc. Topicum 82. n. 17. p. 873. conf. Lips. Cent. 5. Mi-
scell. ep. 83. Forstn. ad Tacit. Ann. 2. 34. 1.

II.

Sic dicitur, quod is, cui datur, condemnatus non sol-
vat nisi **QUANTUM COMPETIT ET CONVE-
NIT AD VIVENDUM COMMUNE & COM-
PETENTER,**

* * *

ID quanquam omnibus facilè patet; nihilominus ex Ludvveli
comment. adducendum est, & quidem in gratiam Partim Me-
thodi aliàs receptæ φ Partim Moniti illius fidelissimi: nihil par-
vum, nihil contemnendum. χ Hinc Jcti etiam verborum sunt ob-
servantissimi, ψ certò persuasi, neglectâ ὀνοματῶν notitiã, ad νοη-
ματῶν notionem perveniri vix posse. ω

υ Ad §. 37. Instit. de Action. φ V. Heerebord. Prax. Log. p. 254. seqq. χ vide
Piccarti orat. 6. per tot. ψ Quintil. instit. orat. l. 5. c. 14. p. 259. conf. Henelium
de vet. Jctis c. 4. §. 5. p. 36, ubi rejicit auctoritatem Bartoli dicentis: De verbis
non curat Jctus. ω ex Paurmeist. de Jurisdiction. l. 1. c. 1. n. 2. colligit Otto in dia-
lect. jur. l. 1. c. 2. p. 16.

III. COM-

III.

COMPETENTIÆ vox aliis prætereà significati-
bus subservit.

* * *

NE quid dicam de Competentiâ Fori & competente iudice; & quid familiarius est nostris hominibus, quàm loqui de Litibus Competentiæ, von Competenz. Streitē/vocabulô certè plus fau-
cibus notô quàm libris. Excusias licet Speidelium, ß Spreng-
rum, γ Limnæum, δ Besoldum, ε Sirmundum; ζ tamen vix inve-
nies: Vocabulum, inquâ. Nâ Res ipsa (quam aliàs vocamus Con-
troversiam de jure προεδρίας η & Præcedentiæ θ) Deus bone! quàm
nota est, comprimis autem in Comitiiis Germanicis, si vera sunt, quæ
Joh. Zamoiscius Polon. Cancell. dixit: Germani in suis Comitiiis
nihil ferè agunt, quàm ut de Sessionibus digladiantur.

α V. DD. comm. ad tit. ff. de Judiciis, & ubi quisq; agere vel conveniri debeat.
β In speculo notabil. sub litt. P. num. 84. p. 1003. seq. γ In Præfensionibus Illustr.
annexis Bono Principi. δ In variis locis: præprimis ad L. 4. c. 9. Jur. publ. à p. 647.
ε In Thesaur. Pract. litt. P. n. 40. p. 141. ζ In Coronide Commentarii ad Epistolas
Sidonii, ubi de Loci prærogativâ agit. p. 274. mihi. η Spreng. Jurispr. publ.
p. 90. f. θ V. Perexii jus publ. c. 92. p. 227. in marg. & Bartoli Jesuite de Atern.
part. 2. consilio. 3. p. 331. f. ι ap. Kirchmann. de Legato c. 5. n. 28. conf. Lans
pro German. p. 935. & 925. vide autem quid bono Zamoiscio regeatur à Limnæo
ad L. 4. c. 9. n. 54. pag. 652. jur. publ.

IV.

1. Privilegium sive Beneficium COMPETEN-
TIÆ: itemq; 2. Deductionis Privilegium: 3. Exceptio
in Quantum debitor facere potest, sunt auctoribus ισοδυ-
ναμῶντα.

* * *

Illud 1^{um} verbum ap. DD. communiter, comprimis apud Lud-
vvelum: κ istud 2^{dum}, λ ut & Hoc 3^{um}, μ apud Magnif. CARPZO-
VIUM, aliosq; reperire licet.

Verùm uti gladii Reales (dicente Philippi Pulchri Reg. Gall.
Legato v ad Papam ferocientem) præstant Verbalibus: Sic πραγ-
ματολογία τῆ ὀνοματολογία. Itaq; ab Hujus cortice progrediamur
ad Illius nucleum. ξ

κ In Comment. ad Reg. Jur. 173. pr. p. 460. λ Part. 1. c. 32. def. 17. n. I.
μ ibidem, def. 18. n. I. & Process. tit. 25. art. 16. n. 17. ν apud Latum in hist. sub
periodo

A 3



periodo german, c. 20, sect. 2, p. 429. & videatur de hac allusione Kekermanni Gymnas. Logic. l. 2, c. 12, canon. 3, p. 486.

V.

PRIVILEGIUM COMPETENTIÆ, est quod Legis auctoritas tribuit Debitoribus certis, ut in id tantum condemnentur Quod facere possunt, Egestatis vitandæ causâ.

* * *

EN Definitionem, petitam partim ab Internis, partim Externis Causis! Causæ enim sunt fontes Scientiæ. o

GENERIS loco est Privilegium. π Intelligitur autem privilegium non *Odiosum* & in aliquem; sed *Favorabile* & pro aliquo; ρ non *Perpetuum* & *Peremptorium*; sed *Temporale* & *Dilatorium*; σ non *Reale*; sed *Personale*: τ at verò non *Personale. Specialiter*; υ sed *Personale Communiter* & latius exspatians. φ

Dicis autem: Quod transit ad Hæredes, non est Personæ sed Causæ Reiq; datum beneficium, per ea quæ habet Ludvvel? χ Respondeo ad Minorem (petitam ex L. 18 ff. Solut. matrim. ubi hoc Benef. in actione Dotis conceditur Filiis mulieris, qui Hæredes patri fuerunt facti) distinguendo, inter Sui-hæredem Liberosq; ejusdem matrimonii, de quo alleg. textus; & Extraneum, de quo L. 24. §. 1. ff. de re judicat.

Instas: Sed datur Fidejussoribus? ψ Resp. Fidejussoribus quæ talibus non datur; sed quæ Defensoribus. ω

Nunc etiam, quia brevius & efficacius est iter per Exempla, α Exemplum Casusq; hujus rei formatus proponi poterat; sed intermitteremus illum, partim quia Brevitatem gratam β veneramur, partim quia Obscuritatum nebulæ fortè emergentes dissipabuntur à radiis subsecuturarum Thesium, ex quibus simul Definitionis allegatæ patefcet DIFFERENTIA.

• Otton. dialect. jur. l. 1. c. 3. p. 31. Cubachii Brocard. c. 4. p. 43. π V. Pomeresch. ad §. 36. Inst. de Action. ρ conf. l. 1. §. 2. ff. de Constit. Princip. σ §. 6. Inst. de J. N. G. C. τ conf. l. 3. ff. de Exception. υ V. l. 7. pr. φ §. 1. ff. de Except. l. 13. ff. solut. matrim. l. 63. §. 1. ff. pro socio. l. 196. de R. I. Zæsius ad lib. 42. ff. tit. 1. n. 160. ubi resolvit obstantem regulam: Heres est eadem cum defuncto Persona. υ quale indigitat Schneiderv. ad §. 2. Inst. de J. N. G. C. n. 11. p. 31. φ V. l. 63. ff. pro socio L. 173. ff. de R. I. χ in §. 3. ad l. 68. de R. I. Carpkov. Process. Tit. 25. art. 6. n. 30. p. 825. expirat cum morte debitoru ψ argt. l. 16. pr. ff. de Fidejuss. φ per

per l. 63. §. 1. ff. pro socio v. l. 14. pr. ff. solut. matr. l. 51. §. 1. ff. de Procu-
rat. l. 35. §. 3. eod. a Seneca Ep. 6. n. 14. Piccart. dec. 9. c. 8. p. 177. observat.
hist-polit. β uti audit in adagio ap. Erasm. p. 109. b. Lipsii Polit. l. 2. c. 15. §. 15. N.

VI.

a) EFFICIENS hujus Beneficii est vel Principalis
vel Impulsiva.

* * *

CAussa Efficiens Principalis eaq; PROCREANS fuit Antoninus
Pius, γ uti est ap. Jacobum Gothofredum, δ consulatur tamen
etiam Ludvvelus. ε Ille, quantum percipio, putat hoc Beneficium
Primò fuisse specialius, & ad Donatores solùm restrictum; Postea
autem ob paritatem rationis (quæ paritatem juris constituit ζ) ad
alios casus extensum: Et videtur hoc evinci posse 1. Ratione: quia
inserirur Regulis juris, η quæ non nisi καθολικῶς concipi solent &
debent. 2. Lege: Et quidem 42. 32. ff. & l. 20. de re judicatâ.
CONSERVANS verò est ille, quem

DEUS sceptri donavit honore. ι

Principes enim non solùm privilegiorum sunt Satores & Con-
ditores; η sed etiam (nisi aliud suaserit vel Necesfitas vel λ Abusus)
Statores & dii Tutelares. μ

γ Quem huic præponam, non reperio inter omnes paganos Principes inquit Ru-
pertus ad Besoldi Synopsin hist. c. 14. p. 317. f. d p. 166. in R. I. 28. ε ad eandem Re-
gul. 28. n. 3. p. 116. ζ per l. 32. ad L. Aquil. V. Cubachii c. 18. Brocard. 1. p. 318.
η uti patet ex l. 28. ff. de R. I. δ Jac. Gothfred. ad rubricam l. 1. de R. J. p. 14. 19.
Traj. Boccacini Secret. Apoll. Ep. 187. p. 384. f. ι Virgil Cirim. γ. 269. κ Perexii
ius publ. c. 36. p. 87. λ V. Zeileri manual. part. 2. p. 32. Heideri polit. c. 2. p. 566.
f. Buxhorn. in disquisit. Polit. casu 13. p. 61. μ Bellermon. discurs. 97. Pegei Kunst-
Dvell §. 3877. p. 181.

VII.

Impulsiva est talis vel in Genere, vel in Specie.

* * *

IN GENERE Æquitatem nostri Privilegii v consideraturis, occur-
rit (1.) Debitorum certorum Egestas, cujus jugum vel jam subie-
runt, vel mox subirent, si ad arbitrium Summi juris ο (quod & h. l.
summa Crux π esset) redderent omne debitum, &

- - - totâ cum ærugine follem ρ.

Deus autem prohibeat, ut hâc ratione Afflictis addatur affli-
ctio, σ & duplici Damno oneretur sine culpâ suâ; τ cum tamen
aliâs faciliores simus ad liberandum quàm damnandum, υ & favo-
rabiliores



rabiliores Rei quàm Actores habeantur, Φ (2.) Præsumpta Crēditorum certorum Humanitas. Uti enim quilibet Bonus præsumitur: χ Sic etiam Humanus, ψ comprimis in eos pro quibus pugnare meritò debet $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\alpha$ ω ex variis causarum fontibus profluens

In SPECIE æquitati huic ansam præbuit $\alpha\acute{\epsilon}\sigma\iota\varsigma$ & respectus (vel) Causæ solius, uti factum est in Donationibus, ubi Liberalitatis nomine quis convenitur: α (vel) Personæ, pro quâ intercedere potest 1. Necesstitudo & Conjunctio. 2. Reverentia. 3. Merita in Republicam. 4. Commiseratio. β

γ Ex Æquitate omnia Privilegia esse, dicit Speidel. in specul. sub litt. P. n. 97. p. 1022. b. o de quo Carpz. p. 1. c. 32. def. 15. n. 1. & Columella l. 1. de Rusticâ c. 7. pr. conf. Camerar. hor. subcis. Cent. 1. c. 100. p. 467. & Juvenal. sat. 13. v. 58. σ contrt LL. adductus à Vax Barbosâ in Princip. S. 72. sub litt. A. τ contra l. 4. S. 2. ff. de Leg. Rhod. add. Novell. 1. epilog. ubi disertè dicitur: Leges neminem in paupertate vivere, neq; mori in anxietate permittunt. conf. Corasii Epist. quest. 23. p. 461. v l. 47. de O. & A. ϕ l. 125. de R. J. χ per l. 77. S. 25. ff. de Legat. 2. ψ V. effatum Valentiniani III. & Martiani l. 12. C. S. 2. de SS. eccles. ω V. Deuteronom. 15. v. 4. 8. quæ lex Mosaica, ad firmandam thesin ex Interpretibus amplificari poterat, α V. Jac. Gothfr. ad R. J. 28. p. 168. β ex Vinnii Comment. ad S. 37. Instit. de Act. n. 1. p. 822. Mejeri Colleg. Arg. ad lib. 21. ff. t. 1. δ . 34.

VIII.

b) MATERIA (1.) Circa quam s. objectum, est debitum Civile.

* * *

NON Naturale: Dantur equidem & debita Naturalia γ & naturales Obligationes, non minùs ac Debita & Obligationes Civiles; δ verùm quia Naturalia debita 1. Solo æquitatis naturalis vinculo adstringunt. ϵ 2. Et necessitatem quidem suam habent; ζ Sed non extrinsecè urgentem. 3. Producent obligationem in nobis; nullum verò jus in alio, ubi patet ex debito Misericordiæ & Gratiæ. ι 4. uno verbo ap. rostra nullam efficacem Actionem producent. κ Indè non opus est hoc privilegio, quod Actionis intentatæ rigorem mitiget aut suspendat. Negato quippe ente, negantur ejus prædicatâ: λ & negatâ Actione, negatur ejusdem per Exceptionem exclusio μ .

γ V. Schneidvv. ad Instit. de J. N. G. C. δ Strauch. dissert. 12. S. 2. p. 168. Struv. Syntag. Exerc. 6, th. II. Schnobl. disp. 22. th. 15. ϵ l. 95. S. 4. ff. de Solutionib. ζ l. 1. ff. de pact. l. 84. ι 1. ff. de R. J. κ Grotius de J. B. & P. l. 2. c. II. S. 3. p. 221. λ Wisenbachii disp. 31. ad Instit. S. II. p. 240. μ Scherzeri manual. phil. part. 3. axiom. 4. p. 7. ν V. l. 2. pr. ξ S. 2. ff. de Except.

114.
IX.

(2.) In quâ s. subjectum est is, qui hoc privilegio utitur fruitur, & quidem vel Primario & Directè.

* * *

ID est, quando Expressè determinant Leges & prohibent, ne ultra posse v damnentur certæ Personæ, quales sunt:

1. PARENTES. σ Ratio est: Sancta debet esse persona Patris filio, π imò alenda in casu inopiæ. ρ Et illud procedit infinitè, ob naturalis pietatis favorem, qui meritò ampliatur. σ

2. LIBERI. τ Ratio petitur à Conjunctione sanguinis, & Correlativorum naturâ, uti est apud $\Delta\omicron\gamma\iota\kappa\acute{\omega}\tau\alpha\tau\omicron\nu$ Manzium. υ

3. PATRONUS & PATRONA, eorumq; Liberis & Parentibus, ϕ Et pro hac re Rationes militant variæ. χ

4. MARITUS. ψ scil. convenitur Vel ratione Dotis, ω Vel ratione Contractus cujuslibet initi cum Uxore, quâ tali. α Parum verò refert, damnetur ne Maritus stante an soluto matrimonio: β te neature Obligatione principali an accessoriâ: γ stringatur ne actione Personali an reali. δ Quandoquidem eadē ubiq; militat Ratio. ϵ

5. UXOR, sive Dotis promissæ intuitu, ζ sive Causam ob aliam marito condemnanda veniat. η

6. PATER MARITI s. SOCER si à Nuru urgetur. θ

7. PATER UXORIS s. SOCER à Genero ob Dotem promissam dandam vel reddendam vellicatus, Quomodo verò hoc valet? Respondeo: Indistinctè, Manente matrimonii & affinitatis vinculo; κ Hoc autem Dissoluto, Distinctè & cum temperamento. λ

8. MILITES, sed illi μ qui profitentur armatam illam

Militiam & grave Martis opus --- ν .

Ratio: Beneficium datur ob Officium. \omicron Quem autem latent Officia militum in Republicam? π

9. SOCII (si nomine Societatis conveniuntur, ρ nec dolosè differuntur se Socios esse *) non solum Universales & omnium bonorum, sed etiam Particulares uniusq; rei. σ Videatur l. 63. ff. pro Socio, in quâ etiam ejus animam, scil. rationem τ Expressè animadvertere est. Sed dictam l. 63. pro Socio & l. 16. ff. de re judicatâ arietant inter se? Resp. dudum monuerunt Ludvvelus υ & Hanedæsius, ϕ illud non fieri $\kappa\alpha\tau\alpha$ τὸ εἶναι; sed $\kappa\alpha\tau\alpha$ τὸ φαίνεσθαι.

10. DONATOR, si ex causâ Liberalitatis nondum traditæ χ compella.

B

pellatur à Donatorio. ¶ Ratio est: ne illiberales simus in liberales, & præter spem Liberalitas fiat contermina inopiæ. α Habet & hoc Speciatim β Donator, ut condemnetur tunc demùm μέχρις εὐπορίας Donatorio, cum prius æs alienum deduxit; num verò sic pinguius γ consultum fuerit Donatori quam Creditoribus eius, disquirat exasciatus ille Jacobus Gothofredus. δ

11. QVI BONIS CESSIT, ε & denuò aliquid acquisiuit. ζ Inhumanum enim esset spoliatum fortunis suis, in solidum condemnari. η

12. FILIUSFAMILIAS, qui, (licet vel emancipatus, vel exheredatus, vel in modicâ re institutus fuit, vel hereditate abstinuit,) nihilominus convenitur ex Contractibus initis sub alienâ potestate θ. Cur enim nunc solidum extorqueretur illi, qui antea contraxit vi Alienæ Potestatis, & quidem sine singulari suo commodo? ι Privilegium tamen Competentiæ non extenditur 1. ad Heredes 2. Delicta. 3. si se in contrahendo Patremfamilias mentitus est. κ

13. DEFENSORES & PROCURATORES Personarum ita privilegiatarum, & tempore condemnationis adhuc viventium. λ Ratio: Defensor eandem vicem cum Reo subit, μ sapitq; surrogatum naturam illius cui surrogatur. ν

ν hinc h. l. præprimis audiende sunt regula: Ultra posse nemo obligatur. V. Lud. vel. ad R. 7. 185. It. inanis est actio quam excludit inopia debitoris. l. 6. ff. de dolo. It. qui non habet quod reddat, ejus periculo nihil est. Da nichts ist/da verleuret der Käiser sein Recht. Otton. dial. juris l. 1. c. 2. p. 8. o. l. 16. & 30. de R. jud. l. 7. §. 1. ff. de obseq. par. præst. π per l. 9. ff. obs. par. præst. pr. ε V. Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. §. 5. p. 177. ubi vocat ἀντιπροσώπων. σ Manz. ad §. 38. Inst. de Act. n. 2. p. 486. τ l. 30. de R. jud. l. 18. pr. sol. matr. v loc. cit. n. 3. p. 486. An hoc ἀόριστος valeat, ventilatur ab iis quos citat Mejeri Coll. Arg. ad l. 42. tit. 1. §. 34. p. 1286. φ l. 17. ff. de Re jud. χ Vide (1.) l. 39. §. 1. de Fideicom. libert. l. 106. de R. 7. (2.) l. 9. ff. de obseq. patron. pr. (3.) l. 5. §. 18. de agn. & alend. lib. conf. Schneidvv. ad §. 3. Inst. de Libertin. n. 3. p. 51. ψ Verus, non ille Putatitius, qui Scil. de Facto non Jure contraxit matrimonium, Mejer. Coll. Arg. in l. 42. ff. t. 1. §. 35. & §. 37. Inst. de Act. l. 17. de re jud. α l. 20. & 24. §. 1. eod. Nam §. 37. Inst. de Act. ostendit Exemplum non Restrictionem ad solam Actionem ex Stipulatu de dote repetendâ. β ob generalitatem textus l. 14. §. 1. ff. solut. matr. l. un. §. 7. C. de Rei Ux. act. conf. l. 35. ff. Neg. gest. γ l. 3. pr. ff. de pecun. constit. δ scil. in casu Dotis apud maritum Exstantis. l. 53. pr. ff. sol. matr. ε expressa in l. 14. §. 1. ff. sol. matr. conf. Pomresch. ad §. 37. Inst. de Act. ζ l. 17. §. 1. ff. solut. matr. ubi quoq; Ratio innuitur, conf. l. 1. ff. de rit. nupt. η l. 20. ff. de re jud. θ l. 21. ff. re jud. l. 15. §. 2. sol. matr. & l. 16. eod. ubi insimul Ratio promicat. ι l. 17. ff. pr. sol. matr. l. 21. 22. ff. de R. jud. Ratio est: Quia Socer parentis locum obtinet, l. 16. ff. sol. matr. κ l. 22. pr. ff. d. R. jud. λ Quod Temperamentum proponitur in l. 84. ff. de jur. dot. conf. Struv. Ex. 30. th. 34. p. 154. Handeds, Exerc. 25. qv. 11. p. 591. μ per l. 6. & 18. ff. de re jud. Carpx. p. 3.

p. 3. decis. 260. n. 17. p. 727. a. Miles tamen ignominiosam Missionem passus tamen hoc quam ceteris beneficiis viduatur. l. 26. de Test. miit. v. Virgil. l. 8. An. v. 516. Heideri Polit. c. 2. p. 566. m. π V. Lipsii Polit. l. 5. c. 2. §. 6. & Admirandal. 4. c. 3. pr. Piccart. dec. 6. c. 8. p. 305. Obs. hist. Conf. tamen Bernegg. ad Tacit. qv. 77. p. 227. p. 38. Inst. de Act. * l. 12. §. 1. ff. R. jud. l. 67. §. 3. pro Socio. & Vid. l. 63. ff. pro Socio. & Otton. dialect. jur. l. 1. c. 1. p. 2. c. 3. reg. I. p. 38. c. 18. p. 117. c. 6. p. 66. Kubach. Cent. 3. qv. 4. p. 921. f. v. Exercit. 16. th. 8. litt. d. Et Idem in Comment. ad §. 3. Inst. de Act. n. 5. p. 591. & Exercit. Imperial. 25. qv. 12. p. 592. l. 30. ff. R. jud. §. 38. Inst. de Act. l. 12. ff. Donation. l. 33. de jure dot. Richter p. 1. dec. 23. n. 1. p. 207. & hac voce repellitur δυοφωρία legis 41. pr. ff. R. jud. l. 33. de Donat. & Harpr. part. 2. disp. 21. th. 16. g. p. 1035. a per l. 50. ff. de R. jud. β l. 19. §. 1. ff. rejud. conf. Emund. Merillum in Differentiis juris c. 18. p. 54. m. & sic loquitur l. 49. ff. de R. jud. din Comment. ad Reg. jur. 173. p. 693. & Requisita flebilis & miserabilis hujus auxilii vide ap. πολυμαθές ατον Strauchium dissert. 28. th. 13. seqq. § l. 4. 6. de Cession. bonor. nēst Ratio ipsius Imperatoris J. ult. Instit. de Act. § l. 49. ff. R. jud. l. 2. ff. quod cum eo qvi in alienā potestate. v. Struv. Exerc. 20. th. 49. p. 742. & Idem ibid. α l. 23. ff. rejud. l. 63. §. 1. ff. pro Socio. μ l. 51. §. 1. ff. de Procurat. & Carpx. p. 2. c. 46. def. 29. n. 7. p. 841. Otton. dial. jur. l. 1. c. 9. p. 87.

X.

Vel Secundario & Obliquè.

* * *

Res ita sese habet: Exceptio Competentiæ, DICTIS & Personis datur κατὰ τὸ ῥητὸν. i. e. secundum sensum Litteralem in legibus Expressè consignatum. DICENDIS verò personis datur per Διάνοιαν & commodam legum Interpretationum & atq; Ampliationem, quam tamen DD. cathedra vel Omnis vel Potior π approbat. Proinde illud veritati Theoricæ, & Hoc Practicæ est magis consentaneum: Illud propter Legum diserta Oracula confidenter, Hoc propter Doctorum Opiniones circumspectè credas: sciasq;ve me illud Purè & sine Exceptione, Hoc Conditionaliter prolatum voluisse.

Quid multis? Jacta esto alea! & eamus, qvò nos Doctores & doctiores vocant: vocant autem nos ad

I. DOCTORES ipsos. His etiam conceditur ab Interpretum & Scholâ Benef. Competentiæ. Ratio: Non minus provident humano generi quorum Scientiâ totus illustratur Mundus, & ad obœdiendum Deo ac Magistratui vita subjectorum informatur; v. qvàm qvi, secundum Satyricum, & exclamare possunt: hæc vulnera pro libertate publicâ excepi! hunc oculum pro patriâ impendi! Brevius dicat Epigrammaticus, & quid mihi velim:

B 2

Pro



**Pro Patriâ sit dulce mori licet atq; decorum ;
Vivere pro Patriâ dulcius esse puto.**

2. **NOBILES.** ¶ Utur enim Senatus Appellationum Dresdensis ambidexter fuerit in hâc quæstione decidendâ ; tamen, quia Scabini Lipsienses Affirmativæ pollicem prefferunt, ea etiam nobis favorem movet. ω Ratio : Nobiles vel militant, vel militarunt, vel tenentur possuntq; militare. α Et, nonne dicuntur die von der Ritterschafft? β nonne adsunt periclitanti Principi vel Ipsimet, γ vel Vermöge der Ritter, Pferde / δ vel etiam prudentiâ βελευτικῆ, quæ sæpè plus valet domi, quàm Arma foris? ε Non enim quemlibet intelligo Nobilem ; sed eum qui ninitur in Sago vel Togâ ζ

- - - famam extendere factis. η

3. **CLERICOS.** 4. **PROFESSORES.** 5. **MAGISTROS.** 6. **ADVOCATOS.** 7. **SCHOLARES,** per ea quæ habentur in venerandis Practicorum voluminibus. θ

4. **LIBEROS & FAMILIAM** Debitoris, quem aliàs solatur Deductionis privilegium. ι Ratio : Privilegium Personæ datum, datur & Familiæ ; nec potest privilegiatus debitor honestè, quamdiu vivit, vivere sine liberis & familiâ.

5. **STUPRATOREM.** Hic enim stupratam virginem aut Ducat aut Dotet necesse est ; imò & Infanti alimenta præstare tenetur. κ Quid si verò illa Alimentorum exhibitio ipsummet egere faceret? Defenditur Beneficio sæpius indigitato. λ

6. **FRATRES & SORORES** argt. l. 63. pro Socio μ. Et de hoc non adeò dubitandum est, siquidem vera & adæqvata est Ratio, quæ exhibetur in dictâ lege. ν Imò, falsa sit : nonne Frater fratrem consanguinitate tangit? nonne alere tenetur? ξ

7. **DOMINOS FEUDI.** Ratio : magna inter eos & Vasallum est conjunctio, referuntq; imaginem Patroni. ο

8. **BELLO, INCENDIIS, NAUFRAGIIS, &c. DE PAUPERATOS.** π Ratio petitur ex §. f. Inst. de Act.

* Plura hujus ferè farinæ adduci posse, non nego : Sed cur adducerem post hæc, eaq; potiora? an fortè ut plures chartas implem, vidererq; de eorum grege esse, qui non scripsisse sed eructasse q sua videntur? Quæ autem vecordia est, tot horas, tot paginas, tot labores, tot nummos impendere in Disputatiunculam, quæ tamen sæpè non alia sentit fata, quàm gramina σ in agro, quæ hodiè exstant & Cras in clibanum τ conjiciuntur? Ad alia ergò progrediat. ξ in

§ In thesi precedenti 9. o puto non insulsam fore hanc distinctionem; docuit eam
 me Scholz in Synops. Instit. ad tit. de Leg. Agn. tutel. pr. p. 40. et ita enim aliquid
 verisimiliter probari posse docent dialectici. V. Girberti Log. Tab. 53. et uti loquitur
 in alio casu Amor et delicia mea Ludvvelus Exerc. 10. th. 2. c. p. 194. et vox Cesa-
 ris Rubiconem fl. transituri ap. Svet. vita c. 32. f. et V. Carpxov, dec. 260. n. 19.
 p. 727. et p. 1. c. 32. def. 18. n. 1. p. 358. Richt. p. 1. dec. 24. n. 2. p. 208. Negat
 tamen Ludvv. Ex. 16. th. 8. d. fretus textibus antea Th. IX. adductis, et forte etiam
 Brocardico illo: Legibus non distingventibus, nec nos distinguere debemus, per
 l. 8. ff. de Publ. in rem actione. It. Quod Legem non cavetur, in Practica non habetur.
 Otton. dial. jur. l. 1. c. 28. p. 166. conf. Novell. 18. c. 5. Sed puto responderi posse ve-
 riores (1.) argt. l. 19. ff. de liber. et posth. l. 3. ff. de Constit. Princ. Confer. addi-
 tion. ad Speidel. specul. litt. P. n. 97. p. 1024. a. (2.) per l. 7. ff. restitut. in integr.
 (3.) per l. 8. C. de iudiciis. l. 8. ff. de pactis, (4.) per l. 6. §. 1. ff. de V. S. (5.) unius
 Inclusio (si non Opposita) non est alterius Exclusio. Otton. dial. jur. l. 1. c. 11. p. 94.
 (6.) in gratiam opponentium: l. 51. §. 2. f. ff. ad leg. Aquil. (7.) et cur Ludvvel-
 lus aliiq; non eundem rigorem observant circa Fratres et Sorores? vide eund. Exerc.
 16. th. 8. d. v. Auth. Habita c. ne filius pro patre. conf. Muret. Tom. 1. orat. 23. p. 317.
 seq. et Petron. c. 1. pr. et Orvenus l. 1. epigr. 48. ad Philopatrum. et Dn. Philippi Eclog.
 60. ad §. 36. Inst. de Act. n. 9. p. 941. Richt. p. 1. dec. 24. n. 6. p. 209. Linnei jus
 publ. l. 6. c. 4. n. 59. et V. Carpx. p. 3. dec. 260. n. 5. seq. et p. 1. c. 32. def. 15. p. 357.
 auti ait Guido Papa ap. laudatum et nunquam satis laudandum Carpx. d. l. Conf.
 Bernegg. ad Tacit. qv. 72. p. 213. et Job. Rudingeri singular. observat. Cent. 4. observ.
 37. p. 313. et Besold. Thesaur. Pract. sublitt. R. n. 70. p. 280. et Spreng. jurispr.
 publ. p. 340. et 331. et Wehneri Pract. Observ. sub voce Ritter-Dienst p. 419. a.
 et Cic. l. 1. offic. apud Vinn. in notis ad praem. Instit. pr. et Bello enim vel Pace clarum
 fieri licet, dicit Sallustius Bello Catil. c. 3. pr. Et uti duplex est campus emergendi: Sic
 quoq; duplex est Nobilitas, Ethica et Politica. ap. Linneum in jur. publ. l. 6. c. 1.
 n. 19. conf. Saavedr. Symb. 17. p. 127. et Virgil. 10. Aen. v. 468. et e.g. Carpxovii
 p. 3. dec. 260. n. 19. p. 727. et p. 1. c. 32. def. 18. n. 1. ubi etiam Rationes asserti pro-
 duntur et promuntur. Philippi Eclog. 60. ad §. 36. Inst. de Act. n. 10. p. 942. Richter
 p. 1. dec. 24. n. 24. p. 208. et Richter. p. 1. dec. 24. n. 11. p. 209. Carpx. p. 1. c. 32.
 d. 17. n. 4. et Nov. Elect. August. Constit. 28. part. 4. et Richt. p. 2. dec. 88. n. 34.
 p. 249. et conf. Ludvv. Ex. 16. th. 8. d. et quae stabilienda venit illo axioma: propter
 quod unumquodq; tale, illud magis tale. Harprecht. p. 2. disp. 21. th. 16. f.
 p. 1036. inter Socios enim est tantum Fraternalitas imaginaria. Hanedes. Ex. 25. qv. 13.
 p. 592. et V. Manz. ad §. 38. Inst. de Act. n. 7. p. 487. et uti colligit apud Mejer. in
 Coll. Arg. ad l. 42. ff. tit. 1. §. 34. p. 1287. Duarenus, quem etiam citat Strauch.
 diff. 28. th. 11. p. 365. et Manz. ad §. fin. Inst. de Act. n. 10. p. 489. et dictum Mercurii
 Trismegisti ap. Ingeniosiss. Tr. Boccalin. in Secret. Apoll. Ep. 43. p. 89. et sic de iis
 ipse Christus ap. Matth. 6. v. 30. et duriora viticatur Apollo ap. Boccalin. in secret.
 Ep. 2. p. 4. et Ep. 36. p. 73.

XI.

g) FORMA est tum Interna, tum Externa.

* * *

ILLA consistit in Decurtatione Conditionata rei civiliter debitae. De-
 curtatione, inquam; quia tandem Aetioni Solidum expetenti oc-
 cinitur

B 3

cinitur

nitur ab æquitate Debitorevè (ob Egestatem) privilegiario illud Chi-
lonis: μηδὲν ἄγαν, v vel etiam illud Herculeum: Non ultra φ Dixi
etiam, *Conditionatâ*: quia hujus Privilegii benignitas tantum suc-
currit Destitutis & prolapsis; non verò Restitutis à fortunâ & elapsis.
Proinde indicata debitorum caterva redditur quidem Tuta, sed non
Secura: χ nam Actio quæ ab egeno Iro

Avertit vultus, tanquam sibi pocula Gorgon
Porrigat, ---- ψ

reficitur & resuscitatur ad vetera molimina, simulac debitor ali-
quid recepit ex sorte Cræsi. ω Inde etiam

HÆC (nimirum Extrinsicæ Formalitas) consistit in *Cautione* & de
Integrâ solutione faciendâ, ubi propitius Fatum nubila in juba mu-
taverit. β Ergò Residui solutio pendet à solius Fortunæ arbitrio.

v *Diog. Laërt. l. 1. c. 1. p. 27. B. Cleobulum vocat Ausonius in Ludo septem Sapi-
entum v. 164. φ Nat. Comit. Mythol. l. 3. c. 19. p. 274. Freinsb. in Curt. 10. 1. 17.
χ uti Seneca in Hippol. v. 163. canit: Scelus aliqua tutum, nulla securum tulit. ψ Mar-
tial. lib. 9. Epigr. 26. v. 5. ω Vid. l. 8. C. sol. matr. α ἀσφάλεια i. e. Securitas in
l. 3. C. de V. S. Intelligitur verò tantum nuda cautio l. 63. §. 5. ff. pro Soc. l. 47. §. 2.
de Pecul. β l. un. §. 7. C. de rei uxor. act. & ibid. Gothfred. Hinc colligunt DD. re-
nuenti Repromissionem negari beneficium, uti constat ex Mejeri Coll. Arg. ad lib. 43.
ff. tit. 1. §. 35.*

XII.

d) FINIS & Intentio est, ne certi Debitores, quibus
ob datas Rationes, γ isthâc Exceptione feritur & metitur,
miserè egeant. * * *

Laudet egestatem Apulejus δ quamdiu volet, prudentibus Legis-
latoribus ε nihilominus constat, Egestatem non minus ac Divitias
ζ malas suppeditare artes, id quod etiam Poëta η subodoratus est,
ita canens: Est deforme malum, & sceleri proclivis egestas. Ea
propter ne Cives ob debita in rigorosas exactiones, ex rigorosis ex-
actionibus in egestatem, ex egestate θ ad restim, ι aut tumultus plus
quàm Marianos κ aut Catilinarios λ pervenirent, humaniter & utili-
ter prospectum, ne quidam obærat, dum tonduntur, deglubantur μ.
i e. ut non teneantur plura solvere quàm Quantum facere possunt. v
Instas: Quantum autem quis facere potest? Resp. Tantum, quantum
ascendit necessariam victus & amictus supellectilem. hæc enim non
est extorquenda, ne egeat debitor, careatq; eo quod ad quotidia-
nam vitam (salvâ dignitate) satis est ξ.

Sed quis indicat Quantum satis est? an Avaritia, ο cui nunquam sa-
tis est? Minimè. Judicis hoc relinquitur definitioni, ω quæ tn. abs-
que

que prudenti disquisitione Circumstantiarum & Qualitatum q̄ 1. Perso-
næ. 2. Rei s. fructuum. 3. Temporis, fieri nequit.

*In Thesi IX. & X. d̄ in Apologiâ. p. 285. & præter Experientiam quotidianam consula-
tur l. 35. ff. de Injuriis. & Vid. Bartoli Jesuitæ aureum libellum vom vergnügtsamen Ur-
muth. c. 10. p. 324. n. Silius Ital. l. 13. v. 585. & ad infelicem ejusmodi Climacem s. grada-
tionem alludit D. J. b. Geiler ap. Zinggräf. in apophth. p. 227. m. & Peguum in der Kunst-
Quell S. 3868. p. 179. & de desperato hoc Instrumento videnda Adag. Erasmi. p. 166. a.
& Vid. Flor. l. 3. c. 21. & citatos auctores à Freinsh. & Sallust. in Catilin. c. 37. p. 14. Ti-
berii hoc dictum est apud Sueton. in vitâ. c. 32. f. v. Ludvv. Ex. 16. th. 8. c. 5. Jac. Gothfr.
ad R. J. 173. p. 693. conf. Senec. Ep. 2. f. o. V. Senec. ep. 119. conf. Ouzel. ad Minucium
Felicem p. 206. Piccart. dec. 18. c. 5. Observ. Alan. de planctu natura l. 1. metr. 7.
p. 81. seq. π Richt. p. 1. dec. 24. n. 6. 7. p. 209. & 207. ubi Reipublica denegatur Comp.
Privil. Carpxov. Proceß. Tit. 25. art. 6. n. 23. p. 825. in quâ etiam variis Cautelis tra-
dit, negatq; hoc Beneficium Artificibus & Operariis, utpote labore sibi sufficientibus. Ea-
dem legas in p. 1. c. 32. def. 16. n. 2. p. 357. & de quibus Oldendorp. de Action. & earum
divis. c. 17. p. 273. m.*

XIII.

EFFECTUS sunt varii; sed de quibus præcedentes
Theses híc illicve jam garriverunt.

* * *

PRoinde, ne actû agamus & more Porticus heptaphónæ σ semel pro-
lata iterû iterûq; proferam9, placet tantûm quæ dâ ἀνακεφαλαίωσις.
Causatum ergò sive Effectus est 1. ut quis hoc Privilegio veluti Teucer
Ajacis clypeo τ tectus, frustretur Actionum in Solidum collimantium
rigorem. v 2. ut in solvendo etiam rationem Autophilix φ habeat, nec
eroget plus quàm Facere potest. χ 3. Ut de Residuo citius non conve-
niatur, quàm à Fortunâ in integrû restitutus ψ exclamare poterit: ε̄φϋ-
γον κακόν, ε̄υρον ἀμεινον! ω

*σ De quâ Causâ Symb. Ægypt. Sapient. l. 12. §. 45. p. 580. conf. Bunon. notas ad Clu-
verii Geogr. l. 4. c. 14. p. 410. Sic in Galliâ Echo tredecies sonum repercutiens (uti tra-
dit Baco de Verulam. in hist. natural. Cent. 3. §. 249. p. 809.) invenitur: imò inventa
fuit olim, fideliter monente Frölich. in viator. part. 1. lib. 1. §. 37. p. 45. videatur &
Zeil. man. part. 2. p. 584. τ apud Homerum Iliad. 8. v. 268. v Vide præfationem hujus
Disputationis. & Thes. XI. φ scil. ordinata, de quâ Jonston. Eth. l. 2. sect. 2. cap. 2.
membr. 2. art. 1. punct. 1. p. 38. & Baldi dictum. ad l. 6. C. de servitut. & aquâ & vide
Th. præced. XII. ψ Vid. Th. XI. ω i. e. evasi mala, nactus sum meliora. Vox puerorum in
nuptiis Atheniensium, referente Erasmi. in adag. p. 598. Heidsfeld. Sphinx. c. 17. p. 528.*

XIV.

Præfatis Personis non solet nec debet hoc privilegium
succurrere promiscuè. * * *

Ponas licet (ut tandem post Θεσιν ad ἀρχὴν & ἀναίρεσιν ᾱ proceda-
mus :) Aliquem ex Debitoribus privilegiatis, eumque in Solidum
damnatum, præterea Egestate laboraturum, tandem etiam Excipientem: quid effi-
ciet? Tantum, quantum ille qui contra Torrentem direxit brachia, β. Fru-



Frustrâ enim opponitur hæc Exceptio **IN GENERE** (1) Si Actor ipsi sunt res pauperum periculæ, & (2) Si quis convenitur ex Delicto Dolove suo. d. (3) Si quis e.g. Donator, Socius, ob aliam causam, quam quæ Hujus beneficii patrocinium sentit. s. (4) Si compellatur quis ab eo, cujus respectu privilegium hoc est invalidum. § (5) V. Thef. XI. litt. β. (6) V. Thef. V. litt. ψ. (7) V. Thef. V. litt. ζ. (8) Si tantum sit Dominus vel Pater ejus, quem hoc privilegium aliàs fovet & favet. **IN SPECIE** (1) V. Thef. IX. litt. ψ. pr. (2) V. Thef. IX. litt. g. & * sign. (3) V. Thef. IX. litt. i. x. (4) Si, quod tamen videtur generalius esse & Pacto interveniente facta fuerit Beneficii hujus Renunciatio,

Nam

2 Sic alii, sic etiam Vossius loquitur in Instit. orator. l. i. c. 7. p. 129. β Juvenal. sat. 4. v. 39. γ Oldendorp. divis action. c. 17. p. 276. dl. 22. §. 1. l. 52. ff. re jud. Excipe Parentes & Patronos, eorumq; Liberos & Parentes, in quos non competit Famosa Doli Actio; sed illa in Factum. Struv. Exerc. 8. th. 38. p. 259. el. 41. §. 1. ff. R. jud. ζe. g. Donator respectu non Donatarii; sed ejus cui fuit delegatus. l. 41. pr. ff. R. Jud. l. 33. §. 3. ff. Donat. & per l. 63. §. 2. ff. pro Socio. & generalitatem tamen illam non parum temperabunt jamjam secutura.

XV.

Privilegium COMPETENTIÆ potest omninò in certis Personis per Renunciationem infirmari.

* * *

Secundum receptam regulam, cujus exemplum sit Donator, Miles, Socius, qui Bonis cesit, &c. x; Cave autem, ut hujus Regulæ corpus sine Exceptionis & umbrâ accipias. Certè Parentes, Maritus, Socerus, aliisq; pro quibus pugnat recepta (naturaliter) reverentia μ, non possint huic Beneficio renunciare. Quid si autem Parentes Renunciantes annecterent Juramenti sanctitatem? annectant; tamen invalidus erit actus. o. Si enim Jus Publicum non mutatur Privatorum pactis: π Quomodo præcepta Juris Naturalis? Et nonne Legum auctoritas in omni casu est excepta? ρ nonne Statuta (comprimis ipsius Naturæ) majoris erunt potentia & effectus quam Pactum hominis, qui Legi subest? σ Plura dicam; Sed absit! præstat Apellem potius imitari quam Protogenem, τ. manumq; de Tabulâ movere, veritus, ne prolixitate excutiatur **LECTORI** (si quis erit) illa patientia, quam vel Legendi vel Ignoscendi Labor requiret.

l. 1. ff. de serv. exportand. x Mejeri Coll. Arg. ad l. 42. ff. tit. 1. §. 35. p. 1288. & tit. 3. §. 13. p. 1382. λ Everhard. Topica Loc. IX. n. 15. p. 180. m. μ non loquor hæc sine l. 14. §. 1. ff. solut. matr. v quod non expediri potest, nisi observentur tam à Jurante quam exigente juramentum certa Requisite V. Struv. Ex. 17. th. 13. p. 610. o Mejeri Coll. Arg. ad ff. l. 42. tit. 1. §. 35. p. 1288. Richter. p. 1. de. 24. n. p. 209. Carpx. p. 1. c. 32. def. 19. n. 1. ubi tamen allata à nobis superius distinctio in n. 4. confirmatur. Quid multis? videatur l. 14. §. 1. ff. solut. matr. & rescriptum Severi & Antonini in l. 112. §. 4. ff. de Legat. 1. π l. 45. §. 1. ff. de R. J. l. 28. & 38. ff. Pact. ex Wesemb. Otton. dial. jur. l. 1. c. 4. p. 59. & cui non nota est regula illa: Quæ Facta ledunt, & c. l. 15. ff. de condit. Instit. ? hinc etiam Impossibilitas est duplex: legalis & physica, Ludvv. ad R. J. 185. n. 1. & ex Fasone Ott. dial. jur. l. 1. c. 4. p. 50. τ V. Plin. Nat. Hist. l. 35. c. 10. & Ingeniosiss. Bartoli in der Vertheidigung der Gelehrten part. 2. c. 29. p. 466.

COROLL.

Ethic. Papa vix alia quam aliena donare potest. Polit. Multum interest, si Princeps ipse jus dicit. Oecon. Filii potius Extra, quam In patria informandi. Hist. Neronis laudabile Quinquennium est segmentum Trajani Imp. Jur. pr. Enormiter inebriatus, etsi contrahit, non obligatur efficaciter. Jur. publ. sine Jure publico non potest Respublica consistere,

Δ. T. Θ.


ULB Halle
005 803 551


3



V077







B.I.G.

Farbkarte #13

1665, 10/10 9.

a w
 PRIVILEGIUM
 ETENTIAE
 rum permisu
 publicè
Sub
 RESIDIO
 ERNESTI NORICI
 . U. D.
 Fautoris, & Hospitis
 Optimi
 disputandum
 exhibet
 ERUS, Reussendorff-Siles.
 LXV. D. 2, Martii
 L. Q. C.
 P S I Æ,
 RISTIANI MICHAELIS,
*- Inveni
 vid atq; Eruditissimo
 R VASERO. Phil. Baccal.
 ico Dilectissimo.*

121

